

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7483

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Guillaume de la Mare [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1180-1183]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Henri II, confirmant à Guillaume de la Mare et à sa femme diverses terres sises aux comtés de Surrey et de Lincoln, à la demande du chambrier Guillaume de Tancarville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° SUPPL. XXXVI, t. 2, p. 456-457.

Texte établi d'après a

H[enricus], Dei gratia rex Anglorum, et dux Norm[annorum] et Aquitanorum, et comes And[egavorum], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis Francis et Ang[li]s totius Anglie, salutem.

Sciatis me, ad petitionem Willelmi Camerarii de Tankarvilla, concessisse et presenti carta mea confirmasse Willelmo de Mara et Lecie, uxori sue, Estedam, quam ipse reddidit eis et concessit, sibi et heredibus suis hereditarie tenendam, in feod[i] firma, de ipso et de heredibus suis, ita libere et honorifice et in pace sicut Laurentius de Sancto Sepulcro eam tenuit de Willelmo Camerario, avo prefati Willelmi Camerarii, et sicut Radulfus filius Roberti et Maria, uxor sua, filia predicti Laurentii, eam melius tenuerunt de patre supradicti Willelmi Camerarii, per servitium VI. librarum singulis annis inde reddendarum, pro omnibus servitiis, sicut supradicti eam tenuerunt, et secundum quod carta prefati Willelmi Camerarii testatur. Preterea, ad petitionem ejusdem Camerarii, concedo et confirmo eidem Willelmo de Mara et Lecie, uxori sue, et heredibus suis, Mucheham, quam pater ejusdem Camerarii dedit Radulfo filio Roberti et Marie, uxori sue, pro servitio suo, quam idem Camerarius reddidit eis et concessit, tenendam de eo et de heredibus suis bene et in pace, et libere et honorifice, per illud idem servitium quod predictus Radulfus inde fecit patri ipsius Camerarii, sicut carta ejus testatur. Concedo etiam eis et confirmo, ad petitionem ipsius Camerarii, terram suam de Graham, videlicet Herlauestonam et Londenetorp, quam idem Camerarius eis reddidit sicut rectam hereditatem eorum et concessit eis et heredibus suis, libere et quiete tenendam de ipso et de heredibus suis, sicut Laurentius de Sancto Sepulcro et Radulfus filius Roberti et Maria, uxor sua, filia predicti Laurentii, eam tenuerunt, per illud idem servitium faciendum quod fecerunt predicti antecessoribus Camerarii, sicut idem Camerarius carta sua eis confirmavit. Quare volo et firmiter precipio quod Willelmus de Mara et Lecia, uxor sua, et heredes sui, omnia predicta habeant et teneant de supradicto Willelmo Camerario et de heredibus suis,

bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut sepedictus Camerarius eis concessit et carta sua confirmavit.

Testibus : G. Eliensi, B. Exoniensi, Henrico Baiocensi episcopis, Willelmo de Hum[ez] constabulario, Sehero de Quenci, Willelmo Filio Radulfi, Ricardo Giff[ard], Gilleberto Pipard.

Apud Cadomum.